

aedificandis datum esse apparet, sed titulus incisus est post kal. Maias a. 303 (cf. N. 646 not. 1).

646 dd. nn. Diocletianus et Maximianus invicti | seniores Augg., patres imp. et Caess., et | dd. nn. Constantius et Maximianus invicti Augg.¹, et | Severus² et Maximinus² nobilissimi Caesares | thermas felices [Dio]-cletianas³, quas | [M]aximianus⁴ Aug. re[di]en[s]⁵ ex Africa sub | [pr]aesentia maie[statis] disposuit ac | [f]ieri iussit et Diocletiani Aug. fratris sui | nomini consecravit, coemptis aedificiis | pro tanti operis magnitudine omni cultu | perfectas Romanis suis dedicaverunt.

Romae, inscriptio thermarum Diocletianarum, quae videtur in ingentis illius aedificii compluribus partibus proposita fuisse: integram inscriptionem vidit solus auctor syllogae Einsidlensis (cf. supra p. 28 not.), eiusdem ut videtur lapidis, cum fractus esset, duas particulas descripserunt saec. XVI auctores complures (VI 1150, restituit Mommsen Sitzungsber. der sächs. Ges. der Wiss. 1850 p. 308); alterius lapidis cum eadem inscriptione nuper complura fragmenta prodierunt (VI p. 843; Eph. ep. 4, 794; Notizie 1890 p. 185). — 1) Titulus positus post kal. Maias a. 303, quibus Diocletianus et Maximianus imperio se abdicaverunt, seniores Augusti inde dicti, ante acceptum nuntium de morte Constantii defuncti Eboraci a. d. VIII kal. Aug. 306. — 2) Severi nomen plane deletum est in exemplo nuper reperto in particula exempli olim noti, quam vidit Smetius, Severi et Maximini nomina rasura temptata fuisse, sed ita ut legi potuerint, significatur. — 3) Lacunae inde ortae, quod auctor syllogae Einsidlensis aberravit a vocabulo Diocletianas ad Diocletiani, praeter paucas litteras suppleri potuerunt ex apographis particularum huius lapidis posterioribus et ex frustulis nuper repertis. — 4) Maximiani nomen rasura temptatum fuisse in particula lapidis, quam vidit, significat Smetius; in fragmento nuper reperto videtur integrum relictum esse. — 5) re . . . extat in frustulo nuper reperto; antea suppleverant absens.

647 divo | M. Aur. Val. | Maximiano | seniori |

In agro Amiternino (IX 4516 vidit Dressel). — Divo Maximiano titulos positos non puto nisi in ditione Maxentii filii eius. — Alatrii extat lapis, in quo, praeter inscriptionem Gallieni totam abrasam, cernuntur duo tituli alter positus Diocletiano et Maximiano vivis, huius nomine, ut passim, eraso, alter positus divo Maximiano a senatu populoque Aletrinate (X 5805).

648 piissimo ac fortissimo | fundatori pacis | ac publicae | libertatis | auctori, | d. n. Flavio Val. | Constantio | nobilissimo Caes.¹, | Val. Honoratus v. p. | rat. s. r.², d. n. m. q. eius.

Romae rep. in foro (VI 1132 descripserunt Pighius aliique). — 1) A. 293—305. — 2) Vir perfectissimus rationalis summae rei. — Eodem loco postea prodiiit titulus (VI 1133) quem eidem Constantio posuit Tacitius Felix v. p. rat(ionalis) s(ummae) p(ri]vatae).

649 domino nostro | C. Flavio Valerio | Constantio | nobilissimo Caes. | col. col. | Iul. Aug. Sald. | legionis VII | immunis.¹

Saldis in Mauretania (Bougie) rep. (Recueil de Constantine 25 p. 426). —

1) *Coloni coloniae Iuliae Augustae Saldensium legionis septimae immunis; cf. ad N. 662.*